



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCCXLIII. De Conversione cujusdam viri mirabili.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## CAP. CCCXLII.

De

*Adventu peregrinorum.*

**A**nno Domini MCCCIV. Andreas (b) Carpentarius in Castro Christburg terre Prusciae, dum in canâ esset, de pane quem tinxerat in Cerevisiam gutta Sanguinis stillabant, quod commensales suum de aliquo vulnere crederent emanare, circumficientes diligenter & os, & faciem, & manus ejus, non invenerunt alicujus vestigium lesionis. Unde de hoc facto plures fuerunt admirati.

An. Domini MCCCXXIV. Andreas (b) Carpentarius in Castro Christburg terre Prusciae, dum in canâ esset, de pane quem tinxerat in Cerevisiam gutta Sanguinis stillabant, quod commensales suum de aliquo vulnere crederent emanare, circumfidentes diligenter & os, & faciem, & manus ejus, non invenerunt alicujus vestigium lesionis. Unde de hoc facto plures fuerunt admirati.

**A N I M A D V E R S I O N E S.**

(a) Et de Bohemia, ut addit Jeroschimus.  
 (b) Zimmermann vocatura Jeroschino.

## CAP. CCCXLII.

De

*Destructione allodii, seu prædii David de Gartha.*

**E**odem anno in quadragesima tres fratres & sexcenti viri de Nattangia allodium seu prædium David Castellani de Gartha hostiliter sunt ingressi, & funditus comburentes præter occisos homines & C. equos cum multo pecore alio deduxerunt.

## CAP. CCCXLIII.

De

*Conversione cujusdam viri mirabili.*

Hoc



**H**oc anno in Castro Konigsberg Fr. (4) Johel de Gilberstete  
Saxo mortuus fuit, qui dum esset adhuc secularis, vitam  
duxit indecentem. Unde Dominus plagavit eum gravi infir-  
mitate, in qua dum sacram Communionem & alia Ecclesiae Sa-  
cramenta percepisset, quandam Juvenculam, quæ ministrabat  
ei, vi opprimens carnaliter cognovit. Unde ex permissione  
DEI volentis ulcisci hanc malitiam Dæmones ipsum cum lecto  
rapuerunt & per aëra ducentis in quandam paludem distantem  
per dimidiā leucam projecerunt, & dixerunt: O miser quo-  
modo in hoc statu tuo ausus fuisti facere tantam irreverentiam  
DEO tuo & Ecclesiae Sacrementis. Sed cum sic in aëre ducere-  
tur, invocavit B. Virginem Mariam matrem misericordiæ pro  
auxilio, vovens, quod vellet assumere Ordinis Domus Teuto-  
nicæ habitum regularem; quo facto dimissus à Diabolis cecidit  
in paludem. De qua exiit & reversus ad Civitatem Hallensem,  
quæ gesta fuerant enarravit, & per lectum: & vestes ipsius quæ  
postea in palude inventæ fuerant comprobavit.

## ANIMADVERSIO.

(4) Jeroschinus & alii antiqui vocant Johann von Gilberstete.

## CAP. CCCXLIV.

*De  
Combustione sub urbii de Castro  
Gedemini.*

**P**Osthæc XI. Kalendas Junii Fr. Thomas de Aldenburg Com-  
mendator de Raganita & XLIV. fratres cum CCCC. viris de  
Sambiæ & Nattangia improvisè intraverunt in ortu diei subur-  
bium Castri Gedemini, & incendio destruxerunt, & occiderunt  
quicquid in eo repertum fuit, præter qui ad Castrum confugere  
poterant, de parte fratrum tres viri de Nattangia interfecti sunt  
& duo